

immanitatem delicti: nam si sub tali generalitate comprehenderetur, non erat cur Concilium Trid. illa adderet verba. [Idem & in Hæresis criminis] De quo Frater Emanuel in Explicatione Crucitatæ. §. 9. n. 70. ante primam dubitationem, &c. 1. To. qq. Regul. q. 20. art. 9. & 1. p. Sum. cap. 128. ¶ Secundo confirmatur per Gregorium. 13. qui anno 1576. per suas patentes literas Motu proprio, & ex certa scientia declarauit non fuisse suæ intentionis, neq; sui predecessoris Pij. 5. per Bullam Cruciatæ deditisse facultatem Confessoribus per eam electis, absoluendi à criminis Hæresis, etiam si sit occultum: quia Speciale crimen speciali indiget mandato: & iniungit Commissarijs Cruciatæ, ut lingua vulgari id declarent. Vide doctissimi Magistri à Veracruce Compedium Indicum, quod asseruatur in Archivio Sancti Angustini de Mexico, propria manu illustratum, verbo. Bulla Cœnæ.

¶ Tercio dico, quod licet Simancas in Inquisitione violate Religionis, c. 51. dicat Inquisitorem unum absq; sociorum suorum consensu, & licentia, non posse absoluere ab Hæresi completa: nihilominus praxis est

in con-